



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes  
Ivniae Entheae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1436**

XLVIII. Ad Laurentium Gualtherum Cuchelium Medicum.

**urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6**

IN SOMNIA.

Sit benè sit Delphine tibi: nec tergora pulex  
Improbis, aut lingham lytta maligna premas.

XLVIII.

Ad Laurentium Gualthe-  
rum Cuchelium Medicum.

At verò male sit tuae podagræ,  
Aut certè gonagræ: nimis malignæ  
Quæ te te abstulit huic sodalitati:  
Condimentum equidem omne nuptiarum,  
Choragumq; simul bonum futurum.

Sic tu scribis, at ipse quid rescribam  
LAURENTI malè sit malam podagram,  
Aut certè gonagram malè ominanti:  
Cui nec par medicina sit medendo.  
Non me dignor honore (crede) tanto:  
Delicatula quò mibi podagra,  
Molicella vel excubet gonagra:  
Quam nec inuideo, nec opto cuiquam:  
Magnus quisquis herus solet vocari.

At contrà bene sit tibi vicissim  
Sic GVALTHERE meam vicem dolentis:  
Ut me viuere, me valere semper,  
Et mibi bene, quam male esse malis.

Succenses quod Apollini, vide quid  
Agas: cuius ut esse vis alumnū

B s Me,

N. R E V S N E R I

*Me, tute optimus ipse sis alumnus:  
Phœbea bonus artifex medelæ.*

*Aut hunc ergo tibi, mibiique placet:  
Aut si qua est podagra, aut gonagra (quoniam  
Nolo hoc credere, vel male ominari)  
Phœbea fer opem mibi medela.*

Vlmæ. X. Kal. Quintil.  
**XLIX.**

Ad Theodorum Zuing-  
rum, Med. & Philos.

*Non homini qui seruit homo, fit seruus: at ille  
Qui seruit vitijs, seruus habetur homo.*

*Fas hominem seruire homini, quod plus homo seruit:  
Hoc magis ille homini non homo, sed Deus est.*

*Namque sui, Z VINGGE R E, potens, se pos-  
(sidet ipse)*

*Liber: et est sapiens, et sibi diues homo.*

**L.**

Ad Ioan. Georgium à Ro-  
tenhan, EQ. Francum.

*Fænerat, et donat sibi, quisquis donat amico:  
Munera si qua dedit, propria semper habet,*

**L.I.**

Ad Ioanem Lauterba-  
chium, P. L.

**P. L.**